

Fortsetzung des Papstkalenders des Chron. Vulturnense.

Theodorus Graecus an. VI menses V dies XVIII, sepultus ad sanctum Petrum.

? Idem librum poenitentialem instituit. Ann. DCXL I Ind. XIV.

Martinus Tuscus an. VI menses I dies XXVI, sepultus ad sanctum Petrum.

Idem dum quadam die in ecclesia sanctae Mariae ad Praesepum missam celebraret, missus est spatharius Olympiodorus, ut eum interficeret, qui percussus coecitate eum videre non potuit. Post vero Constantinopolim ductus ibique martyrio coronatus est a Constantio imperatore.

anno DCXL VII Ind. V.

Eugenius Romanus an. II menses IX dies XXIV, sepultus ad s. Petrum.

anno DCXL I Ind. XI.

Vitalianus Lignensis an. XIII menses VI, sepultus ad sanctum Petrum.

Ipse eandem Romanorum constituit. Hoc tempore Constantinus imperator Romam venit et multa ornamenta civitatis abstulit secumque in Siciliam exportavit ibique mortuus est.

anno DCXLVI Ind. XIV.

Addeodatus Romanus an. IV menses II dies V, sepultus ad s. Petrum.

anno DCXLXX Ind. XIII.

Bonus Romanus an. I menses V dies X, sepultus ad sanctum Petrum.

Idem locum, qui Paradisus dicitur, ante ecclesiam beati Petri maximis et candidis marmoribus fabricavit.

anno DCXLXXIV Ind. II.

Agatho Siculus an. II menses VI dies IV, sepultus ad sanctum Petrum.

Idem cum pergeret Constantinopolim, ut pacem cum imperatore et Longobardis constitueret, leprosum iuxta portam